Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68655-p0001-7

54

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

SEneca; de quo Plutarchus ultrò fatetur, nullum in Græcia fuiſſe, qui ipſi in moralibus compa-
rari potuerit; humanorum intuens caſuum varietatem, & conditionis noſtræ æſtimans inconſtantiam, tandem in ſuo, quem de beatâ con-
ſcripſit vitâ, libello, illud Pythagoreorum inculcat proverbium: DEUM SEQUERE. Quo ipſo omnes mortali ſangvine cretos non modò ſuæ
ſortis aſſiduè meminiſſe, & quod ex univerſi conſtitutione patiendum eſt, magno excipere animo, nec perturbari his, quæ vitare noſtræ non
eſt poteſtatis; ſed & de emigratione fatali cogitare juſſit unumquemq; cottidiè; & inprimis ſtudere, ut quando & ubicunque tandem vitæ
noſtræ moderatori ſupremo, cui ſoli parere libertas eſt, libuerit ex hujus vitæ ſtatione eum evocare, ad obſeqvium æquiſſimo animo præ-
ſtandum ſapientior ſit ac paratior. Hanc enim emigrationem indefeſſo qui meditatur ſtudio, is ea, quæ ex tranſverſo in vitam incurrunt
humanam, tanquam ſuorum interpres benignus caſuum, bono non tantùm excipit animo; verùm eò etiam aſpirat, undè nulla vi detrahi-
tur, quò neq; dolori, neq; ſpei, neq; timori eſt aditus. Quod, ſicut per totum vitæ ſuæ decurſum egregiè præſtitit *Vir Reverendus & Eximius*
Dn. M. BALTHASAR Hilſcher/ *SS. Theologiæ Baccalaureus, Eccleſiæ Lipſienſis ad D. Nicolai Diaconus, ac Collegii Beatæ Virginis Collegiatus, &c.* ita & du-
rante ſuo morbo, inq; extremo vitæ ſuæ puncto Deum ſequi acrius inſtitit. Nam cum ſuperiori ſeptimanâ ardentiſſimâ febri correptus, lecto ſuo detineretur, & à
Cognatis, Collegis & amicis viſitantibus rogaretur, Quomodo haberet? *Secundùm voluntatem Dei*, reſpondebat, *& meam, quæ divinæ ſubordinata eſt.* Agnoſcebat enim
vitam Chriſtiani inſtar militiæ eſſe, in qua Sacramento ad id unicè adſtrictus eſt, ut Jeſu Chriſti, Ducis & ſigniferi ſui, cuilibet munus ſuum & ordinem aſſignantis, vexilla
lubentiſſimâ voluntate ſequatur. Et quia Viro optimè merito; ſingulari autem eaq; imperſcrutabili voluntate Dei, citius opinione noſtrâ nobis erepto, more hujus
Academiæ venerabili, hodiernâ die juſta Exequiarum perſolvenda ſunt; meritò ob ejus jacturam conſternimur omnes, quotquot aliquis, quantuluſcunq; is etiam ſit,
Eccleſiæ tam duriter jam afflictæ ac preſſæ, & modò non oppreſſæ, ſenſus tangit. Etenim non ſolùm extrà hoſtes ſuos habet, qui armis, vi & gladio in extremam ejus,
eamq; horribilẽ internecionem undique conſpirant: ſed & intrà ſua ſatis experitur mala inteſtina ac domeſtica, dum ſubindè viris orbatur in verbo Dei potentibus, qui
voce ſcriptisq; veritatem cœleſtem adverſus corruptelas varias ſartam tectamq; norunt aſſerere. Quare tàm durum fatum, tàm horribilem jacturam, quam Eccleſia
amiſſione talium ornamentorum adjumentorumq; indies facit, non poſſumus non lugere, & ad tantorum in Theologia virorum abitum indoleſcere, aut quiritari,
niſi in eam ipſam Eccleſiam, ſalutis noſtræ matrem, impii & ingrati eſſe velimus. Cumq; peccatis noſtris multiplicibus, quibus adhuc ſingulis momentis iram Dei ju-
ſtiſſimam in nos provocamus, tantam nobis creaverimus calamitatem; noſtri erit officii, animos ad pietatis & pœnitentiæ ſtudium exuſcitare, ut Deo pro recludendis
miſericordiæ ſuæ viſceribus fiant ſupplices, & cum Davide Propheta regio ingeminent: *Usq; quò Domine? miſerere noſtri Jehova, quoniam debiles facti ſumus, & anima noſtra*
territa eſt valdè. O Paſtor Iſraelis auſculta, qui ſedes inter Cherubim reſpice è cœlo, & vide, & viſita vitem iſtam, & vitiarium, quod plantavit dextera tua, & ſuper plantationem, quam
roboraſti tibi. Nos qui beatum noſtrum *Hilſcherum* amavimus, & charum habuimus, jam plus ipſi honoris declarare non poſſumus, quàm ſi vitæ peractæ, curriculum
paucis attingamus, eoq; juſtam doloris & mœroris teſtificationem mœſtiſſimæ viduæ, & orphanis tenellis, omni miſerationis amplexu digniſſimis, indicemus.

Natus igitur eſt ὁ μακαρίτης noſter Hirſchbergæ Sileſiorum, à thermis vicinis nobilitato opido, in quo vitalem lucem aſpexit primùm, Anno poſt milleſimum quingenteſimum nonage-
ſimo quinto, in Vigiliis Quaſimodogeniti, qui erat 1. April. ſtili Gregoriani. Patrem habuit Dn. JOHANNEM Hilſchern/ virum honoratum & nominatiſſimum, mercatorem ibidem primorem,
Ærarii Eccleſiaſtici Scholæq; Ephorum fideliſſimum. Mater ipſius fuit MARIA, fœmina pudicitiæ, omniumq; matronalium virtutum laude cumulatiſſima, Balthaſaris Schwabedorffs/ Chi-
rurgi ejus loci celebris filia, quæ ad filium hunc ſuum primogenitum, poſtquam ſvaviſſimi Mariti ſui amplexu annis ab hinc 14. orbata eſſet, ante ſeſquiennium tanquam ad aſylum ſe recepit,
compulſa imprimis Lutheranæ Religionis per totam Sileſiam perſecutione, relictis inibi bonis, quæ poſſidebat, omnibus: tantò minus ægrè ferens eorum jacturam, quantò magis cottidiano
filii aſpectu & de Cathedra Eccleſiaſtica auditione exhilarata fuit; nunc verò eò largiores profundit lacrymas, quò maturiùs ſuo ἀντιπελάργῳ videt parari exequias. Parentes modò nominati filium
hunc, poſtquam die luſtratorio Sacramento baptiſmatis ſalutari Deo autoratus eſſet, in ipſis ſtatim pueritiæ annis, non modò domi liberaliter educarunt, adſcito ad eam rem Præceptore privato,
qui in pietatis & Chriſtianæ fidei fundamentis, B. Lutheri Catecheſi comprehenſis, ipſum inſtitueret; ſed & quinque annos natum in ſcholam patriam duxerunt, in qua ſub manuductione viri
ornatiſſimi Dn. JOHANNIS RUDOLPHI, poſtmodum Reip. Hirſchbergenſis Notarii, fundamenta pietatis ac lingvarum, ſingulari diligentia ſucceſſuq; poſuit feliciſſimo. Cumq; Pa-
rentes optimos εὐφυΐα quædam Filii, hoc eſt, ingenii indoles haud obſcura, & ad faciendas progreſſiones in literis facilis, in ſpem magnæ frugis erigeret, iccircò eum in celebre Uratiſlavienſe Gy-
mnaſium Anno 1611. ablegarunt, in quo omnigenæ eruditionis ἐγχειρίῳ per integrum ſubſtitit biennium, nactus Præceptorem gnavum & dexterrimum Dn. M. JOHANNEM ab HOECKELS-
HOVEN Rectorem, cujus informatione fideli plurimum ſe profeciſſe gratâ mente ſæpè teſtatus eſt: Itemq; Dn. DAVIDEM RHENISIUM, tum temporis Conrectorem, nunc verò Ec-
cleſiæ ibidem Eliſabethanæ Paſtorem, Collegasq; alios, quorum uſus inſtitutione, altiorum diſciplinarum, quibus tanquam fundamentis inniti ſolent reliquæ, utpote Dialecticæ, Rhetoricæ,
Muſicæ & Arithmeticæ fundamenta firmiſſimè locavit. Et quamvis ὁ ἐν ἁγίοις ultra biennium in phrontiſterio hoc permanere in animo haberet, id tamen commodè propter peſtis ſævientis in-
juriam fieri haud poterat. Domum itaq; à Parentibus vocatus menſem unum alterumq; ſubſtitit, donec appropinquante Nundinarum noſtrarum autumnalium tempore, Anno 1613. de Conſi-
lio Parentum & amicorum, cum Mercatoribus Patriis Lipſiam appulit, indeq; mox VVittebergam ad capeſſendum uberiorem ingenii cultum die 16. Octobris ſe contulit. Poſteaquam autem
vitam hanc ſuam Academicam piè defunctus VVittebergæ feliciter fuit exorſus, haud turpi ſe conſecravit otio, ſed memor paternorum juſſorum, nihil magis in votis optatisq; habuit, quàm ut
publicatum privatarumq; lectionum auſcultatione eam ſibi ingenii compararet meſſem, quæ ſe aliquandò rurſum latè diffunderet, inq; multiplices poſſet abire uſus: Hinc omne tempus ſibi
perire arbitratus eſt, niſi illud literis impenderet; haud abſimilis Demoſtheni, qui ægerrimè ferebat, ſi antelucanâ aut etiam veſpertina opificum vinceretur induſtria. Nec eventus ſpem hanc &
opinionem laudabilem fefellit; ſcimus namq; omnes, ipſaq; veritate urgente profiteri cogimur, obitu hujus viri Eccleſiam ſalutari atq; electo organo, inſigniq; juxta ac ſvaviloquente præcone
eſſe orbatam. Neq; dubium eſt, virum optimum à multis iri deploratum, quem, dum talem in ætatis flore evaſiſſe ſciunt, facilè conjicere poterunt, qualis olim, ſi licuiſſet ſeneſcere, futurus fuiſ-
ſet. Applicavit autem in prædicta Academia animum primum ad Philoſophiæ ſtudium, ceu baſin ſuperiorum diſciplinarum, ratus nunquam meliùs habere Theologiam, vel etiam ſecuriùs,
quàm quando comitatu fulta incedit pedaneo diſciplinarum Philoſophicarum. Indè ad pedes docentium frequentiſſimè ſedere, publicasq; Lectiones excipere non erubuit virorum, ibidem
ob doctrinæ præſtantiam etiamnum Clariſſimorum Dnn. D. AMBROSII RHODII. M. ERASMI SCHMIDII, M. JACOBI MARTINI, tum temporis Logicæ & Ethicæ, nunc autem Sacroſanctæ Theo-
logiæ Doctoris & Profeſſoris publici; nec non præter hos aliorum Doctorum privatam induſtriam conſulere voluit, quibus inopinatus hic μακαρίτου noſtri obitus, ubi eundem reſciverint, non
parum mœroris ob arctiſſimum conſvetudinis nexum haud dubiè allaturus eſt. Neq; verò ſolidiori tantum philoſophiæ peripateticæ operam dare cœpit ſedulò ac diligenter; ſed & doctrinæ
ac eruditionis teſtimonia publica minimè eſſe aſpernanda exiſtimavit, quin potius eadem debito ſtudio ab Inclyto Collegio Philoſophico, quod VVittebergæ eſt, petiit: cumq; Statutis ſe confor-
maſſet philoſophicis, & iis, quæ in petitore honorum philoſophicorum requiri ſolent, ſedulò ac fideliter eſſet perfunctus; Conſentientibus cognatis & amicis tandem, Anno 1617. primo illo
Evangelicorum Jubilæo, die 8. Aprilis, ſub Decanatu Viri ſpectatiſſimi *Dn. M. Eraſmi Schmidii, Prof. P.* cum aliis competitoribus quinq; & triginta, publica autoritate ſupremo philoſophicæ di-
gnitatis titulo, qui eſt Magiſterii, ſumma omnium voluntate & applauſu publico ornatus fuit. Quo honoris titulo mactus haud abjicienda ſtatim duxit ſtudia philoſophica, ſed multò etiam ma-
gis ac anteà iis inhærendum eſſe exiſtimavit, non modò ad doctrinæ eruditionisq; conſequendam laudem honeſtiſſimam, ſed ad excitanda etiam juvandaq; aliorũ in hoc genere ſtudia; in quorum
gratiã privatas inſtituit ſcholas philoſophicas, quæ ſuis quamplurimis fecerunt ut inclareſceret. Quia verò SS. Theol. ſtudio, utpote principi ſcientiarum, ingeniũ ſuũ addixerat, & tanquã ſcopũ
habebat unicũ, ideò & prælectionibus Profeſſorũ Sacræ Theologiæ celeberrimorũ, Dnn. DD. LEONHARTI HÜTTERI, FRIDERICI BALDUINI, VVOLFGANGI FRANTZII, BALTHASARIS MEISNERI,
quos omnes, ſed cumprimis D. Meiſnerum maximè ſuſpexit, & gratâ ſemper veneratus eſt memoriâ; & exercitiis diſputatoriis in eo ſtudii genere privatis induſtriè adhæſit, atq; ita utrobiq; bonã
& excitatam indolẽ ingeniumq; oſtendit. Neq; ſucceſſu rurſum optato caruerunt hi labores, ſed benedicente altiſſimo, eã rerum Theologicarum notitiã ſibi comparavit, ut *receptaculum ſapientiæ*
ſpiritualis eſſe, ſacrã Cathedram ornare (verba ſunt Teſtimonii, à Reverendâ & ampliſſimâ Facultate Theologicâ ipſi publicis typis communicati:) *& bene docendo ac vivendo multis ad vitam æternã cum*
tempore præire poſſet, undè factũ, ut omnibus gratus & acceptus, Præceptoribus imprimis hoc nomine charus & familiaris extiterit. Commoratus jã quinquenniũ VVittebergæ noſter ὁ μακαρίτης, alias inviſere
Academias, imprimis Jenenſem geſtiebat: verum dum Anno 1618. d. 14. Jan. hanc noſtram Academiam petit, non abſq; ſingulari fato, genio loci allectus, ſuorũq; ſvaſu impulſus in ea lubens per-
manet; ac ut tantò liberior ipſi pateret ad honores & commoda Nationalia aditus, ab Inclyta Communitate Philoſophica, diſputandi, pro Loco inter Magiſtros hujus conſequendo, licentiã be-
nevolè impetravit, & cũ laude illo Diſputandi munere publicè perfunctus eſt. Jactis hiſce principiis, nec dũ ſubſiſtendũ, ſed potius urgendã eſſe cogitavit occaſionem, quã in aliorũ notitiã perve-
nire poſſet. Fecit hoc Diſputationibus rurſum aliis duabus philoſophicis, pro Loco in laudatiſſima Facultate philoſophica conſequendo, Anno 1620. & 1621. habitis. Interim his quoq; philo-
ſophicis ſuis meditationibus ſacratiſſimũ Theologiæ ſtudiũ conjunxit, adjutus ope & conſilio duorũ Excellentiſſimorũ Theologorũ Dnn. D. POLYCARPI LYSERI, *Superintendentis*, & D. HEINRICI
HÖPFNERI, quos per totã, quam hic vixit vitã, veneratione ſubmiſſa ſemper coluit & proſecutus eſt. Et quia ad utramq; Facultatẽ hoc modo fores ſibi aperuerat, in utroq; etiã ſtudio aliquot pri-
vata habuit γυμνάσματα, inſtituendo Collegia, ut vocant, Diſputatoria, & in S. Theologiã inſuper Concionatoria. Quibus id conſecutus eſt, ut cum Anno 1620. die 6. Martii admodùm Reverendæ
Facultati Theologicæ inſtitutũ ſuũ, de ambiendo primo in SS. Theologia gradu, oſtendiſſet, præmiſſis diſputandi & prælegendi, ſecundũ ſtatutorũ præſcriptum, exercitiis & examine accurato,
prima in prædicto ſtudio Laurea, die 31. Aug. Decano Viro Reverendo & Excellentiſſimo Dn. D. HEINRICO HÖPFNERO, *Prof. P.* totius Facultatis judicio & ſuffragio, cũ aliis competitoribus tri-
bus magnâ cũ laude, ſolenni renunciatione ipſi tribueretur. In hoc ſolenni promotionis actu Orationẽ de Invocatione Sanctorũ habuit, & poſteà, de hoc ipſo argumento Diſputationẽ Præſide
Dn. D. Polycarpo Lyſero Superintendente, publicè propoſuit & defendit. Hunc honorem excepit in ſequenti Anno die 23. Oct. Collegiaturæ, ut vocant, beneficium in Collegio Principis, facta
Collegarũ translatione, ad eum delatum: quod tamen poſtea cũ Collegiaturâ Mariani Collegii, An. 1625. d. 11. Febr. *Dn. D. Sigiſmundo Schillingio* ſurrogatus, permutavit. Has dignitates aliæ cu-
mulatim exceperunt. Quæ enim Leges ac ſtatuta Communitatis Philoſophicæ exigunt, ea omnia ὁ ἐν εὐλογίᾳ erat exequutus; quò evenit, ut An. 1622. die 7. Sept. in eandem ſummã omniũ volun-
tate adſciſceretur & pòſt trib. annis elapſis, die 15. Oct. An. 1625. Conſentientibus Dn. Collegarum votis Decanus Communitatis prædictæ eligeretur. Verum quia Deus eos, qui in parvis ipſi ſunt
fideles, ſecundo curſu ad majora evehit; ideò neq; in his ipſum relinquere, ſed ad majora vocare voluit. Cum enim diverſa edidiſſet opuſcula Theologica, inter quæ vel primas tenet *Speculum pœ-*
nitentiale germanicum, & *refutatio libr. ſecundi Manualis Martini Becani Jeſuitæ*, à Senatu hujus urbis ampliſſimo An. 1628. d. 2. Oct. honorificè ad Cathedrã vocatus eſt Eccleſiaſticam, in qua Mini-
ſterii Evangelici labores à concionibus pœnitentialibus exorſus eſt, habitis ad populum è Threnis Jeremiæ, non ſine ſingulari auditorum ſuorum emolumento homiliis, digniſſimis quæ abſolu-
tæ & ad calcem perductæ communem aſpiciant lucem, inq; omnium manus perveniant. Dehinc cum iterum anno ſuperiore in Eccleſiaſtico ordine incideret mutatio, Conciones veſpertinæ
Dominicarum ad ipſum delatæ ſunt, quibus ad extremam uſq; vitæ clauſulam ſedulus & induſtrius præfuit, nihil magis lecto affixus, deſpectis rebus cæteroquin mundanis omnibus, dolens,
quam quod earundem circulum non confeciſſet annuũ, ultimâ Concione, proximo die Solis futurâ, finiendum. Quomodo autem hanc divinitus ſibi concreditam Spartam, commiſſumq; gre-
gem curæ ſibi eſſe paſſus fuerit, pluribus jam diceremus, niſi loquerentur pro nobis rerum teſtimonia. Verbo: BALTHASAR fuit, h. e. ſedulus & diligens Theſauri Domini aſſervator, qui ſingulari
induſtria ſinceram fidei confeſſionem in noſtris Eccleſiis receptam propugnavit; errores omnes incorrupto Dei verbo quoquo modo adverſantes, ex animo deteſtatus eſt; oſor fuit acerrimus
omnis impietatis improbitatisq; & nequitiæ, eamq; magno zelo coarguit. Ad matrimoniũ pergimus τοῦ μακαρίτου, caput in hàc cauſâ nimis triſte & lugubre. Ad id verò animũ applicuit An. 1625.
die 18. Febr. virginem ambiens pietate morumq; elegantia commendabilem, CHRISTINAM, Viri quondam Clariſſimi & Eximii Dn. M. CHRISTOPHORI HEILIGMEIERI, SS. Theol. Baccal. Facult.
Phil. Aſſeſſoris, & Sch. Nicol. hîc Lipſiæ Rectoris meritiſſimi filiam natu minimam, celebratis Sponſalibus die 24. ejuſdem menſis, nuptiis verò ejuſdem anni die 30. Maji; cumq; hac ſua conjuge
in ſumma animorũ conjunctione, & vita conjugali ſvaviſſima ac pacifica annos vixit quinq; & menſes ferè quatuor, pater factus 4. liberorum, trium maſculorum, & unius filiolæ, qui ipſi in in-
fantili penè ætate conſtituti omnes, cum mœſtiſſima vidua matre, Patrem, h. e. quicquid ſeculariũ bonorũ unquam excogitari poteſt, id omne domo hodiè efferri, non ſine planctu & gemitibus,
vident, quorum ut miſereantur ii, quicunq; patrem ob ſingularia & eximia dona magnifecerunt, quibus volupe fuit converſari cum viro, cujus pectus candore tinctum germano, nil niſi humanũ,
aut modeſtum ſpirare potuit, quilibet bonus hujus viri æſtimator ſuſpirat & optat. Pergimus ad extremam vitæ periodum, de quâ conſtat, eum paucis abhinc diebus febri epidemiali ita ſubitò
proſtratum fuiſſe, ut invaleſcente morbo lecto fuerit affixus, nec quicquam medicamentorũ vires, utut nihil fuerit prætermiſſum, quodcunq; tandem humanum conſilium & auxiliũ in ejuſmodi
caſibus præſtare ac ſuppeditare poteſt, valuerint. Demonſtravit autem hoc ipſo tempore ſummâ animi patientiâ, & omnia Divino nutui atq; arbitrio, ſicut ab initio diximus, reſignavit. Ac tan-
dem animam ſuam Chriſto Redemptori ſuo, cui fideliter per omnem vitam ſervierat, calidiſſimis precibus commendavit, ſubinde ingeminans: DOMINE JESU miſerere mei: & ſic inter preces
& lacrymas ſuorum placidè expiravit, ipſo æquinoctii die, qui erat 13. Septembr. circa horam nonam veſpertinam, cum annum ætatis 35. & menſes quinq; compleviſſet. Ita diem ſuum in his
terris clauſit ultimum, vir omnibus bonis charus, nulli, niſi improbo, ingratus, cui nunc extremum honoris & amoris officium declaraturi, & ſpecimen noſtræ erga afflictam & relictam viduam
συμπαθείας edituri, ſeriò jubemus & mandamus, ut omnes juriſdictionem noſtram agnoſcentes, hora III. ubi uſitatis ceremoniis funus in commune efferetur dormitorium, frequentes confluant,
idemq; nobiſcum comitentur. PP. Lipſiæ die XVI. Menſis Septemb. Anno CHRISTI JESU M. DC. XXX.

LIPSIÆ excudebat GREGORIUS Ritzſch.

55.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68655-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68655-p0005-8

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

SEneca; de quo Plutarchus ultrò fatetur, nullum in Græcia fuiſſe, qui ipſi in moralibus comparari potuerit; humanorum intuens caſuum varietatem, & conditionis noſtræ æſtimans inconſtantiam, tandem in ſuo, quem de beatâ conſcripſit vitâ, libello, illud Pythagoreorum inculcat proverbium: DEUM SEQUERE. Quo ipſo omnes mortali ſangvine cretos non modò ſuæ ſortis aſſiduè meminiſſe, & quod ex univerſi conſtitutione patiendum eſt, magno excipere animo, nec perturbari his, quæ vitare noſtræ non eſt poteſtatis; ſed & de emigratione fatali cogitare juſſit unumquemq; cottidiè; & inprimis ſtudere, ut quando & ubicunque tandem vitæ noſtræ moderatori ſupremo, cui ſoli parere libertas eſt, libuerit ex hujus vitæ ſtatione eum evocare, ad obſeqvium æquiſſimo animo præſtandum ſapientior ſit ac paratior. Hanc enim emigrationem indefeſſo qui meditatur ſtudio, is ea, quæ ex tranſverſo in vitam incurrunt humanam, tanquam ſuorum interpres benignus caſuum, bono non tantùm excipit animo; verùm eò etiam aſpirat, undè nulla vi detrahitur, quò neq; dolori, neq; ſpei, neq; timori eſt aditus. Quod, ſicut per totum vitæ ſuæ decurſum egregiè præſtitit *Vir Reverendus & Eximius Dn. M.* BALTHASAR Hilſcher/ *SS. Theologiæ Baccalaureus, Eccleſiæ Lipſienſis ad D. Nicolai Diaconus, ac Collegii Beatæ Virginis Collegiatus, &c.* ita & durante ſuo morbo, inq; extremo vitæ ſuæ puncto Deum ſequi acrius inſtituit. Nam cum ſuperiori ſeptimanâ ardentiſſimâ febri correptus, lecto ſuo detineretur, & à Cognatis, Collegis & amici [illegible] Agnoſcebat enim vitam Chriſtiani inſtar milit [illegible] em aſſignantis, vexilla lubentiſſimâ voluntate ſequ [illegible] is erepto, more hujus Academiæ venerabili, hodi [illegible] uluſcunq; is etiam ſit, Eccleſiæ tam duriter jam aff [illegible] dio in extremam ejus, eamq; horribilē internecio [illegible] o Dei potentibus, qui voce ſcriptiſq; veritatem c [illegible] turam, quam Eccleſia amiſſione talium ornamen [illegible] leſcere, aut quiritari, niſi in eam ipſam Eccleſiam [illegible] omentis iram Dei juſtiſſimam in nos provocam [illegible] t Deo pro recludendis miſericordiæ ſuæ viſceribus [illegible] *i ſumus, & anima noſtra territa eſt valdè. O Paſtor Iſr* [illegible] *per plantationem, quam roboraſti tibi.* Nos qui beatu [illegible] peractæ, curriculum paucis attingamus, eoq; juſtam doloris & mœroris teſtificationem mœſtiſſimæ viduæ, & orphanis tenellis, omni miſerationis amplexu digniſſimis, indicemus.

Natus igitur eſt ὁ μακαρίτης noſter Hirſchbergæ Sileſiorum, à thermis vicinis nobilitato opido, in quo vitalem lucem aſpexit primùm, Anno poſt milleſimum quingenteſimum nonageſimo quinto, in Vigiliis Quaſimodogeniti, qui erat 1. April. ſtili Gregoriani. Patrem habuit Dn. JOHANNEM Hilſchern/ virum honoratum & nominatiſſimum, mercatorem ibidem primorem, Ærarii Eccleſiaſtici Scholæq; Ephorum fideliſſimum. Mater ipſius fuit MARIA, fœmina pudicitiæ, omniumq; matronalium virtutum laude cumulatiſſima, Balthaſaris Schwabedorffs / Chirurgi ejus loci celebris filia, quæ ad filium hunc ſuum primogenitum, poſtquam ſvaviſſimi Mariti ſui amplexu annis ab hinc 14. orbata eſſet, ante ſeſquiennium tanquam ad aſylum ſe recepit, compulſa imprimis Lutheranæ Religionis per totam Sileſiam perſecutione, relictis inibi bonis, quæ poſſidebat, omnibus: tantò minus ægrè ferens eorum jacturam, quantò magis cottidiano filii aſpectu & de Cathedra Eccleſiaſtica auditione exhilarata fuit; nunc verò eò largiores profundit lacrymas, quò maturiùs ſuo ἀντιπελαργῷ videt parari exequias. Parentes modò nominati filium hunc, poſtquam die luſtratorio Sacramento baptiſmatis ſalutari Deo autoratus eſſet, in ipſis ſtatim pueritiæ annis, non modò domi liberaliter educarunt, adſcito ad eam rem Præceptore privato, qui in pietatis & Chriſtianæ fidei fundamentis, B. Lutheri Catecheſi comprehenſis, ipſum inſtitueret; ſed & quinque annos natum in ſcholam patriam duxerunt, in qua ſub manuductione viri ornatiſſimi Dn. JOHANNIS RUDOLPHI, poſtmodum Reip. Hirſchbergenſis Notarii, fundamenta pietatis ac lingvarum, ſingulari diligentia ſucceſſuq; poſuit feliciſſimo. Cumq; Parentes optimos εὐφυΐα quædam Filii, hoc eſt, ingenii indoles haud obſcura, & ad faciendas progreſſiones in literis facilis, in ſpem magnæ frugis erigeret, iccircò eum in celebre Uratiſlavienſe Gymnaſium Anno 1611. ablegarunt, in quo omnigenæ eruditionis ἐργαστηρίῳ per integrum ſubſtitit biennium, nactus Præceptorem gnavum & dexterrimum Dn. M. JOHANNEM ab HOECKELSHOVEN Rectorem, cujus informatione fideli plurimum ſe profeciſſe gratâ mente ſæpè teſtatus eſt: Itemq; Dn. DAVIDEM RHENISIUM, tum temporis Conrectorem, nunc verò Eccleſiæ ibidem Eliſabethanæ Paſtorem, Collegaſq; alios, quorum uſus inſtitutione, altiorum diſciplinarum, quibus tanquam fundamentis inniti ſolent reliquæ, utpote Dialecticæ, Rhetoricæ, Muſicæ & Arithmeticæ fundamenta firmiſſimè locavit. Et quamvis ὁ ἐν ἁγίοις ultra biennium in phrontiſterio hoc permanere in animo haberet, id tamen commodè propter peſtis ſævientis injuriam fieri haud poterat. Domum itaq; à Parentibus vocatus menſem unum alterumq; ſubſtitit, donec appropinquante Nundinarum noſtrarum autumnalium tempore, Anno 1613. de Conſilio Parentum & amicorum, cum Mercatoribus Patriis Lipſiam appulit, indeq; mox VVittebergam ad capeſſendum uberiorem ingenii cultum die 16. Octobris ſe contulit. Poſteaquam autem vitam hanc ſuam Academicam piè defunctus VVittebergæ feliciter fuit exorſus, haud turpi ſe conſecravit otio, ſed memor paternorum juſſorum, nihil magis in votis optatiſq; habuit, quàm ut publicarum privatarumq; lectionum auſcultatione eam ſibi ingenii compararet meſſem, quæ ſe aliquandò rurſum latè diffunderet, inq; multiplices poſſet abire uſus. Hinc omne tempus ſibi perire arbitratus eſt, niſi illud literis impenderet; haud abſimilis Demoſtheni, qui ægerrimè ferebat, ſi antelucanâ aut etiam veſpertina opificum vinceretur induſtria. Nec eventus ſpem hanc & opinionem laudabilem fefellit; ſcimus namq; omnes, ipſaq; veritate urgente profiteri cogimur, obitu hujus viri Eccleſiam ſalutari atq; electo organo, inſigniq; juxta ac ſvaviloquente præcone eſſe orbatam. Neq; dubium eſt, virum optimum à multis iri deploratum, quem, dum talem in ætatis flore evaſiſſe ſciunt, facilè conjicere poterunt, qualis olim, ſi licuiſſet ſeneſcere, futurus fuiſſet. *Applicavit autem in prædicta Academia animum primum ad Philoſophiæ ſtudium, ceu baſin ſuperiorum diſciplinarum, ratus nunquam meliùs habere Theologiam, vel etiam ſecuriùs, quàm quando comitatu fulta incedit pedaneo diſciplinarum Philoſophicarum.* Indè ad pedes docentium frequentiſſimè ſedere, publicaſq; Lectiones excipere non erubuit virorum, ibidem ob doctrinæ præſtantiam etiamnum Clariſſimorum Dnn. D. AMBROSII RHODII. M. ERASMI SCHMIDII, M. JACOBI MARTINI, tum temporis Logicæ & Ethicæ, nunc autem Sacroſanctæ Theologiæ Doctoris & Profeſſoris publici; nec non præter hos aliorum Doctorum privatam induſtriam conſulere voluit, quibus inopinatus hic μακαρίτου noſtri obitus, ubi eundem reſciverint, non parum mœroris ob arctiſſimum conſvetudinis nexum haud dubiè allaturus eſt. Neq; verò ſolidiori tantum philoſophiæ peripateticæ operam dare cœpit ſedulò ac diligenter; ſed & doctrinæ ac eruditionis teſtimonia publica minimè eſſe aſpernanda exiſtimavit, quin potius eadem debito ſtudio ab Inclyto Collegio Philoſophico, quod VVittebergæ eſt, petiit: cumq; Statutis ſe confor- [illegible] Conſentientibus cognatis & amicis tandem, Anno 1617. primo illo